



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. Quæstiones aliquor circa obligationem Subdiaconi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

tingat. Addit De Lugo in resp. moral. lib. 1. dub. 33. cum, qui non tetigit Calicem, & Patenam, dum actu forma proferebatur, sed modo dicto, paulo post, posse quidem ad majorem animi sui quierem sub conditione tenitari, sed non esse necessarium. Quæ doctrina ostendit, valde ipsi certam esse responsum nostram, nec solum probabilem. Aliquæ aliæ quæstiones, ad prædictam materiam, & formam subdiaconi facientes, habebis infra cap. 4. §. 3. 6. 7. & 8. in simili, cum de Sacerdotio.

§. III. Quæstiones aliquot circa obligationem Subdiaconi de servanda Castitate.

1. **D**vas obligationes Subdiaconum subire in sui ordinatione diximus §. 1. Castitatem scilicet custodiendi, & horas Canonicas recitandi, quibus potest addi tertio, id est, & patrimonium aptum, ad se alendum possidendi, de quibus non esse habemus (initium sumendo à prima) separatim hinc disputare.

PRIMA OBLIGATIO,

Custodiendi Castitatem.

1. Et quidem, Prima quæstio, quoad Castitatem, ea est. An ad illam teneatur Subdiaconus (idem dic de cæteris constitutis in Sacris) ex voto, quod, dum ordinatur, sive explicitè emitat, sive implicitè, d. m. vult ordinari eo modo, & cum iis oneribus, quæ Subdiaconatui affixit Ecclesia, affixit autem Ecclesia obligationem, ut votum Castitatis ipse ordinandus emitteret, An potius teneatur non ex dicto voto, sed immediatè ex præcepto ejusdem Ecclesie, quatenus scilicet Ecclesia præcepit, ut Subdiaconus à veneris abstineret: sic enim etiam si expressè ordinandus Castitatem voveat, adhuc obligabitur ex præcepto, sicuti Fideles, etiam si non voveant Sacro interesse de fæsto, adhuc teneantur ex præcepto Ecclesiastico.

2. Valde autem hic notandum est, huic obligationi servandæ Castitati quam habet ordinatus in Sacris, esse annexum impedimentum dirimens matrimonium, hoc est, invalidè constitutum in Sacris contrahere matrimonium, si forte illud attenter: id quod de fide est, cum sit à Concilio Tridentino sess. 24. canon. 9. definitum, cujus verba mox ponemus n. 8.

3. Porro quoad obligationem servandæ Castitatis triplex est sententia. Alii ut Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 10. Vel in 3. part. disp. 248. Pont. lib. 7. de matrim. cap. 27. March. de Ord. trall. 2. p. 6. c. 8. Suar. de Relig. tom. 3. lib. 6. cap. 17. asserunt teneri ex voto; Alii ut Val. Sot. Paladon. quos sequitur Averl. quæst. 4. sect. 7. v. Præferendus, ex præcepto; Alii, ut Coninch. d. 20. dub. 13. Rebell. lib. 3. de matrim. quæst. 10. Hurtad. de Ord. diff. 26. Archid. lib. 17. concordia. cap. 40. ex utroque, & quidem omnes magnæ auctoritatis Doctores, iique non vulgaribus annexi rationibus, vnde & omnibus est merito concedenda probabilitas.

4. Verum, quia non pauci ex his Doctoribus confundunt obligationem servandæ Castitatis cum obligatione non ducendæ vxoris sub impedimento dicto nullitatis, cõsati fuerunt admittere obligationem Præcepti, vbi tantummodo est votum, Explico clarius, dum meam sententiam profero.

5. Ego enim sustineo, obligationem servandæ Castitatis in constitutis in Sacris immediatè esse ex Voto, sive implicito, sive explicito, eo modo, quo explicuit num. 2. At impedimentum explicatum num. 3. quo iidem habent, dirimens matrimonium, esse immediatè Ecclesie Præcepto.

6. Prior pars probatur, Primo, quia in aliquibus vulgaribus textibus apud prædictos Auctores, obligatio ad Castitatem, in ordinato in Sacris, vocatur Votum.

Secundo, quia in aliis Textibus præcipitur, ut nullus Subdiaconatum promoveatur, nisi prius se castè viduam promittat.

Tertio, quia omnes fatentur, ut alibi nos lib. 2. melib. Confess. c. 7. §. 1. n. 4. in edit. Panor. ann. 1641. diximus, & potest videri signate apud Verricelli trall. 4. quæst. mor. 5. num. 2. Sacerdotem peccare sacrilegè, si merè internè admittat delectationes Veneras, cum teneatur ad servandam omnimodam Castitatem. Ergo fateri etiam omnes debent, eum teneri ex Voto, & non ex Præcepto Ecclesie. Patet consequentia, quia Ecclesia non præcipit merè interiora, ut, nec iudicat de internis, ut omnes sciunt.

8. Posterior pars, quod impedimentum dirimens matrimonium immediatè in iisdem sit ex Ecclesie Præcepto, probatur, Primo ex Tridentino sess. 24. can. 9. in iis verbis. *Qui dixerit Clericos in Sacris constitutos, vel Regulares solemniter Castitatem professos, posse matrimonium contrahere contrariumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, anathema sit.* Hæc Tridentinum, quod, si bene expendatur, duo decernit. Primo, non possè licitè prædictos contrahere matrimonium, quia obstat votum. Secundo, invalidè contrahere, quia obstat lex Ecclesiastica.

Probatur secundo, quia Votum ex se, in quantum dicitur promissionem Deo factam, non irritat matrimonium, ut patet ex Voto Castitatis simplici, quod, quoad promissionem Deo factam, omnino convenit cum Voto Castitatis solemnii: Rursus Ordo Sacer ex se, nec matrimonium irritat, ut patet in Græcis, ego quandoquidem apud Latinos, tum Sacer Ordo, tum Votum Professorum illud irritat, non nisi ex lege Ecclesiastica provenire immediatè potest.

Probatur tertio, quia multi Sacri Textus apud prædictos Doctores allati semper ita iubent ordinatis in sacris servare Castitatem, ut addant relationem ad irritationem matrimonii, quasi dicat Ecclesia. *Adverte, quod factæ vestræ ordinationi ego coniungo matrimonii irritationem.*

9. Ex dictis sit in Primo, ut si quis ordinetur Ordine Sacro cum expressa intentione nolendi vovere Castitatem, cum hic verè non voveat, quia Votum debet ex propria voluntate proficisci, votum non teneatur, at, si matrimonium init, nulliter ineat, quia ejusmodi irritatio matrimonii non dependet à voluntate propria, sed à lege Ecclesiastica; sicuti, si meus frater duxit vxorem Bertam, ego non affinis cum ipsa Berta, affinitate dirimente matrimonium, quod fortè attentarent cum ipsa post mortem mei fratris; sio inquam affinis, etiam si ego nollem, quia impedimentum hoc non dependet à mea voluntate, sed à lege Ecclesiastica.

10. Adverte autem hunc, qui scienter Sacros Ordines suscipit, & Castitatem vovere non vult, non tantum peccare (sunt verba Hurtadi de Ord. diff. 26. pro tunc, quando, ordinatur, non vovendo, sed etiam pro tempore sequenti, quosque, aut explicitè, aut implicitè voveat, quia ad eam vovendam teneatur, tanquam ad aliquod annexum status, quem suscipit. Hæc Hurtadus. Et sanè prædictus nolens vovere nimis temerè decipit Ecclesiam in re gravi, quæ nunquam ad Ordines ipsam admitteret, si ejusmodi in eo dispositionem cognosceret.

11. Dixi (scienter) nam si susciperet Ordinem Sacrum proterus inculpate nesciens aliquid de voto, nec de eo, quod faciunt alii, tunc esset ordinatus, & sine peccato non emisisset votum: at irritum esset ejus matrimonium, quod fortè contraheret, quia iam habet Ordinem, cui adnexa est ab Ecclesia irritatio. Votum autem, quod tunc per ignorantiam non emisit, debet deinde emitte ut dictum est, cum primum eam ignorantiam deposuit, si velit uti Ordinibus suscepris; Vel, si nolit uti ordinibus, petat dispensationem, à Pontifice, quam tamen Pontifex difficulter concedet, à Pontifice, quam tamen Pontifex difficulter concedet, quia difficillimè patris hodie, in tanta harum rerum peritia, inculpam tuam ignorantiam probare.

12. Dixi iterum (quis Sacros Ordines suscipit) nam si quis adultus non haberet intentionem suscipiendi Ordines, Ordines non susciperet, quia nemo validè suscipit Sacros

Sacramenta, nisi ea suscipere intendat. Vnde, quia hic verè Ordines non haberet, nec ad servandam Castitatem, nec ad alia onera Ordinis Sacri teneretur, neque laboraret impedimento dirimente matrimonium; solum peccabit facitilege propter defectum illius intentionis, ut ex se patet.

13. Ex iisdem supradictis fieret, Secundo, ut si quis injusto metu, vel vi coactus susciperet Ordinem Sacrum, teneretur Voto, quia *lib. 1. in decal. c. 2. §. 5.* dictum est merus ex se non tollit voluntarium. Dixi (amen) teneretur) nam cæterum, quia vota ex injusto timore extorta irrita nunc esse ex lege saltem Ecclesiæ notavi; *lib. 1. in decal. c. 2. §. 8. n. 3.* ideo hodie non tenetur. Quoniam vero id eadem Ecclesia nunquam invalidavit (& nec potest) receptionem Sacramenti factam ex timore, idcirco is ita ordinatus contrahit impedimentum dirimens subsequens matrimonium, quod impedimentum Ordini Sacro eadem Ecclesia connexit, quodque dispensari poterit à Summo Pontifice, quia idem merus dat justam causam dispensandi.

Ita post maturiorem considerationem puto, tenendum quamvis *loc. cit. lib. 1. in decal. c. 2. §. 8. n. 4.* sequendo aliam opinionem dixerim, initium ex metu validè, & licitè matrimonium posse contrahere, quod certè est probabile, quia probabile est, Ecclesiam conjunxisse impedimentum dirimens matrimonium soli Ordini Sacro suscepto modo ordinatio, & consuetudo, id est cum cognitione Voti illi Ordini adnexi, & voluntariè emissi, ut notat Bossius *l. mox cit. a n. 201.* probatque.

14. Dices; Qui ex metu injusto, ut ibidem diximus, solemniter profiteretur, potest, approbato metu validè inire matrimonium, nec solum licitè: cur ergo non ita is, qui Ordinem Sacrum ex simili metu suscipit?

Respondeo, Clara est ratio, quia hic, ut modo dixi, verum Ordinem suscipit. Vnde, & contrahit id, quod Ordini est annexum; ut ille, cum verè non sit professus, nullam obligationem adnexam professioni subire potest.

15. Denique fiet Tertio, ut, ex vi prædictæ doctrinæ si infans rationis imponi ordinaretur, quem in jure, *c. vnic. de Cl. per saltum promot.* certum est validè, licet illicitè, ordinari in Sacris (non verò per aliquos, in Episcopatu) quia Episcopus ordinatur in Pastorem, ad quod munus est incapax is, qui ratione caret, ut docet S. Thomas alii que cum Castrop. *d. vnic. de Ord. p. 7. n. 5.* Lege Leand. *de Ord. d. 5. §. 8.* quæ ratio, an convincat, non est orium nunc querere, quæram tamen breviter inferius *c. 5. §. 1. n. 12.* si infans, inquam, ordinaretur in Sacris, non esset obligatus ad votum servandum, quia infans emittere votum non valet; sed tamen invalidè grandior factus iniret matrimonium, quia, cum habeat Ordinem Sacrum, habet & impedimentum Ordini Sacro adhaerescens.

16. Dixi autem, (fieri ex vi prædictæ doctrinæ) nam cæterum Ecclesia id voluit limitare in Infantibus, disposuitque merito, ut ipsis, adveniente vsu rationis, daretur optio, teste Sanch. alii que communiter apud March. *tr. 2. p. 6. c. 8. diff. 10.* Boss. *l. 2. moral. p. 3. t. 3. n. 199.* ut si velint Ordini stare, stent, ac deinceps obligabuntur ad Castitatem, quia per dictam electionem impliciter illam vovent, si nolint, ducant uxorem, ut liber, sed Sacerdotio non vrantur.

17. Quid si (ut id hac occasione non taceam) initiatur puer rationis compos, sed nondum pubes, sciens Ordini Sacro annexum esse votum Castitatis.

18. Respondeo Sanchez *lib. 7. de mar. d. 30. n. 8.* alios citans putat, hunc puerum ante decimum sextum ætatis completum, non teneri ad continentiam post Tridentinum, immo ipsi licere uxorem ducere. Ratio est, inquit, quia Sacer Ordo, qui imbibit Votum Castitatis, perinde est, ac professio religiosa, sed Tridentinum irritam reddit professionem ante illam ætatem emissam, ergo hoc Votum.

19. Verum Marchinus *l. c.* cui adde Leand. *de Ord. d. 13. q. 7.* Boss. *l. c. n. 206.* alii que putant, teneri ad Castitatem, ut, & ad horas Canonicas recitandas, quia ex vna parte

puer rationis Compos validè se obstringit Voto, & alia Tridentinum reddit quidem nullam professionem emissam ante illam ætatem, non verò Votum in Sacerdotio imbibitum. Neque valet paritas in rebus dependentibus à voluntate Legislatoris, multo magis hic magna fuit ratio irritandi pro ea puerili ætate professionem religiosam, quæ secum affert onera immensa, quæ alia duo Vota Paupertatis, & Obedientiæ, non continent, quæ, quæ non affert. Oculo Sanch. *Leg. Pontium lib. 7. mar. c. 29. num. 15.* sine, & contra opinionem Thomæ Sanch. esse sine fundamentis, Sanch. Bossium *l. c. n. 207.* asserentem, utramque opinionem probabilem.

§. IV. Secunda obligatio horas Canonicas profectus Remissivè.

VBI TAMEN DE NOCTVRNO, ET MISSA ab Episcopo in ipsa Ordinatione imponitur.

1. DE obligatione recitandi horas Canonicas absolutissimè in *lib. 2. Decalogi tit. c. 5.* Notandum, id, tanquam in loco non inopportuno, quæ, & an Nocturnum, posse recitandum imponi Subdiacono, ut, & Diacono, Episcopus in eorum Ordinatione, recitentur ij recitare sub mortali. Idem quæro de Ministris, quas imponit Sacerdoti. Nam de Prelatis Prelati talibus impositis Ordinatis in Minoribus jura me me dixisse *supra c. 2. §. 1. num. 4.*

2. Respondeo, Diana, & Bonac. *cap. 2. c. 1. q. 1.* non obligari, putant sub mortali, sed rigorosè nimis, tam severa obligatio ex nullo capite adesse coartanda, puta, nec ex Jure, nec ex Pontificali, jussa Clementis Octavi edito; in his enim tam gravis præceptum legitur. Ita Sanch. *l. 7. conf. c. 2. dub. 2. num. 6. Per. l. de Per. l. de hoc. Can. c. 5. d. 3. n. 10.* Bardi in *select. d. 1.* alii que.

3. At hæ orationes, & Missæ imponuntur in parvitiæ. Ergo, cum sint materia notabilis obligationis gravi culpa.

Respondeo. Vnde colligis imponi in Parvitiæ quæ semper imponi debet supposita culpa à se culpa est, an potius summa probis ad Ordines potius. Dic ergo merius, imponi in gratiarum actionem, potius simile, & ad summum, ut consilium.

§. V. Tertia obligatio sufficiens Patrimonium profectus Remissivè.

DE hac obligatione commodiori loco sequetur Dagam paulo inferius *c. 5. §. 4.*

CAPVT IV.

De Diaconatu.

§. I. Quia ille sit, & qua ejus materia forma, & quæ

1. Si Ordo Sacer Ecclesiasticus, quo confertur proxime assistendi Presbytero in ministerio legendique Evangelium in Missa.

Nota illud (proximè) per quod maxime distinguitur Subdiaconatu.

2. Ejus materia, & forma duplex est: Altera est Evangeliorum, ejusdemque potestio cum his tantquam forma: Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Domini.

Altera est impositio manus dextere facta ab Episcopo super caput ordinandi sub his verbis: Accipe Spiritum sanctum ad robur, & ad resistendam Diabolo, & tentationibus ejus, in nomine Domini.